



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

15. De Musa puella, quæ post apparitionem B. Virginis nouum hominem induit, & paulò pòst sanctè moriens, videt Deiparam virginibus speciosis stipatam, cui vocanti, mox è corpore emigrans illa ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

milem, auertisse vultum, ac nullum Anato-
 precibus tribuisse locum, quasi blasphemū
 execrabilem hominē profus auertaretur. Sed
 & eadem imago piis in vrbe aliis eodem tem-
 pore per visum oblata est, multis in eo tandem
 conspirantibus, vt Anatolij tum in Manu-
 tum in Christum ipsum valde contumeliosam
 horrenda impietas publicè vindicaretur. Pro-
 inde visum est omnibus hunc facinorosum
 ac impium è medio tollere, qui bestiis expo-
 tus, ab iisq; deuoratus fuit: lupis etiam in tanta
 crudelitate in mortuum grassantibus, que-
 niam rapaces bestię cadauer impij detrahere
 rapere, atque discerpere voluerunt.

Gregorius Magnus li. 4. c. 17. Dialogorū. De Mufella, que post apparitionem B. virginis nonnumquam in mari apparuit, & paulo post sanctè moriens videtur Deiparam virginibus speciosis stipatam, cui se vocantem mox è corpore emigrans illa coniungitur.

C. P. XV.

Gregorius Magnus historiam de Mufella memorabilem narrat. Huic nocte sacra virgo & Dei genitrix Maria per visum apparet, eiq; multas puellas cœuas in vestibus albis ostendit. Mufa illarum ad speculum splendore delectata, libenter eis sese aggregasset, sed cum præ pudore non auderet, amantissimè à Deipara interrogatur, vellētne vnà cum alijs in hoc viuere gynæceo, & sibi quoque delectari. Cum illa se velle respondisset, hoc vnus

in mandatis accepit, vt maiorem vitæ ac morum indueret grauitatem, seque à risu, iocis, omnique leuitate puellari abstineret: ita demū fore, vt die trigesimo puellis aliis, quas præsentibus adspiceret, consociaretur, atq; in suum ministerium coopretur. His monitis paruit Musa, & deinceps supra ætatem ac consuetudinem grauitate sese gessit, vt subitò mutasse mores, & sicut aiunt, nuces reliquisse videretur. Parentes etsi hanc ad eò repentinam filia mutationem primùm admirarentur, tamen cum factæ apparitionis arcanum intellexisset, puellæ instituto non repugnarunt, fidemque certiore narrationi compræbuerunt, quod sequens mors filia trigesimo die ex hac vita migrantis visionem non vanam esse monstraret. Moritur verò, Dei para rursus apparet, speciosis illis puellis, vt antè stipata, quæ Musam vt ad se veniat, vocare dignatur. Mox puella quantumuis moribunda oculis reuerenter depectis, & aperta voce clamando respondet: Ecce Domina venio. Ecce Domina venio. In qua etiam voce, vt Gregorianis verbis vtat, spiritum tradidit, & ex virgineo corpore, habitatura cum sanctis virginibus exiuit.

Gregorius Turouensis libro de gloria plurimorum martyrum cap. 8. De impio Iudeo suum filium in fornacem ardentem coniciente ob odium fidei Christiane, quem B. virgo in mediis flammis illæsum conseruauit.